



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

4. Marte Div Ancipiti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

prope surgentibus ad pedes Alpium in unum alveum concurrentibus oriatur. Quae descriptio non congruit cum ijs quae à Strabone, Plinio, Ptolemaeo, Leandro Alberto de origine Padi memorantur. Sed faciamus non spectatam esse in hac appellatione tam accuratam similitudinem, si cui id sequi libebit, dicet à Pado factam esse Paderam, quemadmodum brachium Padi, quod est ad Ravennam, Padusam dictum accepimus. Reperitur quoque in Annal. Canisij. An. 777. scriptum Padesbronnen, ubi videri possit deductum nomen ab eadem origine, atque ipsum Padi vocabulum. Refert enim Plinius lib. 3. c. 16. ex Metrodoro, Padum nomen accepisse ab arbore picea, quae multa circa fontem, quae Gallicè Pades dicatur. Verum unde Saxonibus nostris, quos eo tempore quasi more ferino vixisse ait Venantius, lib. 3. c. 7. ea eruditio & cognitio linguarum? Equidem malim fateri nescire me, unde illud PATHER, in nomine Patherbornae, perinde atque obscurum est, quid sibi velit Mimigarna, in nomine Mimigarnafordae, quo aliquot seculis dicta fuit ea Westphaliae Vrbs, quam hodie Monasterium nuncupamus.

4. MARTE DIV ANCIPITI. Plures eo bello tam ex nobilitate Francorum, quàm Saxonum, & functi summis honoribus viri, consumpti sunt: tandemque anno tricesimo tertio finitum est. Eginardus in vita C. M.

5. DELEGIT CASTRIS CONCILIIQUE LOCVM. Anno 777. Rex (Carolus) post celebratam Noviomagi Paschatis festi solemnitatem, ad locum, qui Padrabrunna vocatur, generalem populi sui conventum in eo habiturus, cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus est. Eginard. in vit. Caroli M. Vita Caroli M. apud Pithæum. Vita ejusdem per incertum auctorem. tom. II. script. hist. Francicæ. Annal. fragment. ex MS. Nazariano apud Freherum inter scriptores Francicos. Poëta Anonymus.

N

An. 78.